



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Parallelia Geographiae Veteris Et Novae**

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 4. Vrbes Mediterraneæ Siciliæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

FL V-	Elorus: hodie <i>Abiso</i> , in quo pisces cicures qui de manu edunt; ab eo dicta <b>TEMPE ELORIA</b> , de quibus Ouidius.
M I-	
N A	<b>ANAPVS</b> : hodie incolis <i>Alfeo</i> ; sic dictus ut ait Scholastes Theocriti, quod pedibus transmitiqueat.
quaꝝ cadunt	<i>Alabus</i> , & <i>Alabis</i> , & <i>Alabo</i> , onis: <i>lo Cataro</i> .
in	<b>MELAS</b> : hodie <i>San Marcellino</i> .
M A-	Pantagias, & Pantagies, saxa rotans Maroni: <i>Porcari</i> .
R E	<b>TERIAS</b> , mille passibus à Leontinis: <i>Fiume S. Leonardo</i> .
SICV-	<b>Eryces</b> : hodie <i>D. Pauli</i> .
L VM,	<b>SYMETHVS</b> à Rege Symetho dictus, Seruio: hodie <i>la Iaretta</i> à scaphâ quâ traiicitur: hic solus ex Siciliæ fluuii triremum capax; certè eò Romani 100. nauibus ad Murgantiam venerunt.
seu	<b>Acis</b> , ab Aci pastore amato à Galatæ, cæso à Polyphe-mo; hodie <i>Aci</i> , <i>Siculis Iaci</i> , & <i>Ghiaci</i> .
I O-	<b>TAVROMINIVS</b> , aliter <i>Onobala</i> : hodie <i>Cantara</i> . Ad ostij ripam Borealem templum Veneris, in quo Gerræ suspensæ, de quibus vide Grammaticos.
N I V M.	

N V M. 4. *Vrbes Mediterraneæ Sicilie.*

**ERYX** in vertice montis sita, vrbs Helymorum Thucydidi, in quâ templum Veneris Ericinæ, quod vrbe euersâ substitut: hodie *Trapani del monte*, ob incolas Drepanum translatos.

**ÆGESTA**, **Ægestos** & **Egesta**, postea **Segesta**, vnde incolæ Se-gestani Tullio, Græcis **Ægestæ**; condita est ab Egesto Troiano qui & Acestes dictus. Hanc Agathocles cæsis indigenis vocavit *Dicæopolim*: *Barbara Fazello*.

**Entella**, & **Atalla**, ab Entello comite **Æneæ**, in Historiis cele-berrima: hodie nomen in monte retinet *Bitella*.

**Macella**: *Calta-Busamar*, à Sarracenis dicta.

**Magella**, incolæ **Magellini**: *Rofmano*; vbi vestigia magnæ vrbis s. Mil. ab Ermâ.

**Triocala**, Ciceroni Tricalum à tribus pulchris Diod. 36. hoc est aquâ fontanâ, agro fertili, naturâ loci munitâ: hodie *edes S. Mariae à monte Virgine*, mille passibus à *Calta Bellota*.

**ALICIAE**, incolæ **Halycienses** Cic. ciuitas immunis, sed sine fonde-re: *Salemi*.

Ieta, incolæ Ietini, & Ietenenses: *Iato*.

Schera, incolæ Scherini Tullio, corruptè Cetarini 3. Verr. hodie *Coriglione*.

MVRGENTIVM, & Morgentium à populis Morgetibus dictum & conditum, aliter Murgentia: eius rudera visuntur 5. millibus ab ostio *Iarette*, & olim Symetho adiacebat.

ENCYVM, & Enguium, Eggina ciuitas Tullio, vel à solo feraci, vel à fonte scaturiente dicta: hic templum Dearum quas vocant Matres, item & hic colebatur Magna Mater, seu Idæa: hodie *Ingluni*, seu *Angulone*.

Petra, incolæ Petrenses, Petraæ Silio: *Petraglia*, Latinè *Petra* Eliæ.

Noæ, incolæ Noæi, Noæni, & Noenses: *Noara*.

Apollonia, incolæ Apollonienses. videtur sita fuisse infra Calatam in Mediterraneanis: *locus eius nescitur*.

AMESTRATVS, & Amastra, & Mutistratum, ab Atilio Calatino vrbis incensa, incolæ Amestratini: hodie *Mistretta*.

Tissa, incolæ Tissenses Ciceroni, Plinio Tissinenses: *Randazzo*:

ÆTHNA vrbis, antea Inessum, & Inessa, Diod. Ennesia, quòd de-migrarunt Catanenses: hodie *Cœnobium S. Ioannis de Arenis*.

Capytium, incolæ Capitini: *Capizzi*.

HERBITA, incolæ Herbitini, & Herbitenses: Fazello ex Ptole-mæo *Citadella*, Cluuerio *Nicosia* ex Diodori Sic. situ, melius.

Agyrium: *San Philippo d' Agirone*, & *d' Argirone*; olim & Agurium, incolæ Agyrinenses Tullio: patria fuit Diод. Siculi.

IMACHARA, incolæ Imacharenses, & Acharenses Ciceroni: Cluuerio *Traina*; verius quam *Citadella di Machari*, versus Pachy-num, Fazello.

Galaria & Galarina: *Gagliano*, olim ciuitas potens Diodoro.

SYMETHVM, fortè Ameselum Diodori: *Racalbuto*.

Hadranum, vbi Templum Hadrano Siciliæ Deo à Dionys. con-ditum: *Aderno*; meminit eius Plutarchus in Timoleonte.

ASSORVS: Azaro, aliter Assorium, eius pedem alluebat Chrysus Fl. hodie *Dattaino*, qui Fl. Deus putabatur, & hic templum habebat.

HYBLA maior, cuius oppidani Hyblæi, & Hiblenses: hodie *Pa-derno*.

ENNA: incolis nunc *Castro Ianni*; in colle sita vbi templum Cere-ris

ris Straboni, loco inexpugnabili Liuio, & Siciliæ umbilicus: hic Proserpinam raptam fabulantur; certè floribus abundat eius ager, & tritico ab aliis diuerso.

Caulonia, & Callonia, & Cauloniana: *Pietra preccia.*

HYBLA HERÆ, cognomento minor: *hodie Ragusa.*

ERBESSVS supra Agrigentum cuius meminere Polyb. lib. 1. & Diodorus 20. *hodie le Grotte, vulgo Grutti.*

Acræ à Syracusis conditæ: *hodie Cœnobium S. Mariæ d'Areya.*

Petiliana: *hodie Caltanisæta.*

Philosophiana, seu Philosophiana Gelensium ad Fontem Fl. Ge. læ: *hodie Piazza, aliter Chiazza.*

ERYCE, & Eryca, & Eruca, eius ruinæ in *M. Catalfano.*

Callipolis cuius meminit Herodotus, aliter Bidius dicta in agro Tauromitano: *hodie Mascalis.*

Eubæa: *hodie Lycodia; vbi rudera ingentis vrbis.*

NEETVM, seu Neetum Ptol. corruptè pro *Nētō* vnde Neetini Diod. Cicer. Netinenses: *hodie Noto.*

Casmena cuius meminit Herod. à Syracusanis condita Thucydidi: *hodie Scicali.*

Bidis oppidulum Tullio incolæ Bidini, Plinio Bidenses: *hodie S. Giovanni di Bidini.*

Palica, supra Palicorum Crateres, incolæ Paliceni, eius ruinæ infra hos fontes ad Austrum iacent.

Menæ, aliter Menena, & Menenum; *hodie Meneo;* condita à Ducetio Siculo, facta auctior cùm Palica destruta est.

ERBESSVS, ad Syracusas celebris apud Pausaniam, Liuium, Diendorum: *hodie Palazzuolo.*

Mætorium, cuius mentio apud Herodotum: *Mazarini.*

LEONTINI: *hodie Lentini,* Ptol. Leontium, vrbis condita à Chalcidensibus, diu affectata à Dionysio qui tandem eâ potitus est.

Ad hanc vrbem XVTIÀ terra, seu Xuthius ager; hic quoque vixerunt Lestrigones.

CENTVRIPE: *Centorue, aut Centorbe,* incolæ Centurippini, Polibio *Kεντορεπα,* Melæ Centuripinum: hanc Cicero nobilissimam, & ditissimam vocat, Thucydidi *πολισμα* est; ex hac vrbre oriundus Apuleius Celsus medicus.

Alias vrbes pretermisimus: quis enim omnes posset enumerare? de iis consulatur Cluverius *Geographorum accuratisimus.*

*Parall. Geogr. Tom. II.*

QQ9